



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||**

**Grégoire, Pierre**

**[Frankfurt], 1595**

**VD16 G 2996**

1 De personarum co[n]sideratione ratione sexus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63677)

- p capit. licet 4. de translatio. episcop. capit. A s dicta glossa final. capit. transmissa, & tex-  
tus in capit. quod sicut. q. præterea, de  
capit.  
q de qua in Clem. 2. §. statuimus, de statu  
monach. cap. 1. de supplen. neglig. prælat.  
lib. 1. tit. 10.  
r Gloss. fin. in cap. transmissa. de elect.
- t c. quod sicut, de electio. & de pallio. in cap. 1.  
2. cap. ad honorem. cap. extuarum, & toto  
titulo. de auctorita. & usus pallii. & in ex-  
trahagante unica. eod. tit.

# PARTITIONVM IVRIS PONTIFICII SEV CANONICI, QVÆ INSTAR SYNTAGMATIS specialis totius iuris Ecclesiastici sunt,

## LIBER SECUNDVS.

### DE PERSONARVM

consideratione ratione

Sexus.

### TITVLVS PRIMVS.

#### CAPVT L

Continuatio libri, quidue persona.

**E**xplicatis rebus, quæ hominum causa factæ & creatæ sunt, a ordinem constitutum persequentes, de personis, priusquam de iure, quod personis, debetur, b agamus, cum omne ius earum causa constitutum sit. c Hic personam pro homine accipimus, d omissis aliis significationibus de quibus alibi. e

#### SCHOLIA,

- a Genes. 1. c. l. in pecudum, de usur. libr. 22. P. tit. 1. §. in pecudum, de rerum dñis.  
b l. quid. m referunt, 14. de iure codicillo. lib. 29. Pan. tit. 7.  
c l. 2. de statu homi, P. §. fin. de iure natura. gen. & ciuil. apud Iustin. neque causa sed persona succurritur, inquit Papinian. quæ meruit præcipuum fauorem. l. ex pluribus,

42. de administ. & peric. tut. lib. 26. P. tit.

7. l. instissime de adiutio. edict. Pandect.

d ut titulo de iure personarum apud Iustin.

e nempe lib. 7. Syntagm. iuris. cap. 1.

#### CAPVT. IL

#### Divisio prima personarum.

Primam porro constituemus, qua nec antiquior sit, diuisionem personarum, a sexu, in masculos & fœminas, & hermaphroditos: qui utrumque sexum habent, eiusque appellatione nūcupantur, in quo prævalent. b Sunt & ratione utriusque sexus quidam, qui illis vti secundū naturam possunt: alii inualidi: atque isti vel frigidi, vel maleficiati, c castrati, Eunuchi, Spadones. d

#### SCHOLIA.

- a Genes. c. 1. ca. hac imago, 13. 33. q. 5.  
b l. quaritur, 10. de statu homi. Pand. l. sed est quæstum, 6. §. si. de liber. & posthu. lib. 28. titul. 2. l. repetundarum, 15. de testib. lib. 22. Pandect. tit. 5. can. 3. si testes. §. hermaphroditus, 4. q. 3.  
c c. 1. 2. 3. & iuto tit. de frigi. & malef. lib. 4. tit. 15. l. in causis. de repudiis. li. 5. C. ti. 17.  
d can. si quis abscederit, can. hi quisè 55. dist.

Ff 2

titul. de eunuchis. libr. 4. C. titul. 42. vide A  
NoeLLano Inftin. 142. Leonis 60. & que  
nos diximus. libr. 7. Syntagm. iur. tit. 2. de  
distinctione spadonum, & eunuchorum,  
vide & de illis atque de thlibiis, in l. in le-  
ge Cornelia. 4. §. final. & l. 5. & 6. ad  
legem Corneliam, de sicariis. libr. 48. Pan-  
dect. tit. 8.

## C A P V T I I .

1. *Origo, exemplar & possessio personarum.* B  
2. *Mulieres inferiores viris.*

Personarum ex sexu distinctione originem  
habuit a legi Dei, naturae imposita, a  
Spadonum vero, Eunuchorum, vel absconsi-  
torum, ex hominibus artificio, vel alia ac-  
cidental cause, ad imaginem suam fecit  
Deus hominem masculum, & foemina-  
nam. b

Proinde ordo naturalis, ut foeminae sub-  
sidiuntur viris, c quia caput mulieris vir: C  
caput virti, Christus. d Et propterea in  
multis inferiores viris mulieres. e Iure  
que Pontificio plura prohibentur illis,  
concessa tantum viris. Nullam enim ha-  
bent auctoritatem in viros. f Virilia officia  
non exercent, g non possunt docere in Ec-  
clesia: h non possunt etiam abbatissae moni-  
iales proprias benedicere, aut earum con-  
fessiones audire, nec legere publice Euangeli-  
um, aut predicare, i aut subditos ex  
communicare, k non sacra vascula continge-  
re, l non velare moniales, m non iudicare, n  
aut honoribus publicis fungi, o non fide-  
iubere, p non accusare de criminibus pu-  
blicis, paucis exceptis: q non procuratri-  
ces esse, r non patrocinari pro alio in iu-  
dicio. s

## S C H O L I A .

E

- a *Masculum enim & foemina facit Deus,*  
*Genes. 1.*  
b *Genes. 1. Sapienti. 2. 1. ad Corinib. 11.*  
*Diuus Augustinus in questionibus, ve-*  
*teris & noui Testamenti. quastio. 106. ca.*  
*Mulier. ca. hac imago. ca. fin. 33. q. 5. quo-*

modo autem intelligatur quod mulier non  
sit falla ad imaginem Dei, vide Diuum  
Thomam 1. secunda quast. 93. art. 4.  
c ca. est ordo, & ca. satis, 14. & can. mulie-  
rem 17. can. Adam, 8. 33. q. 5. gloss. ordi-  
naria. ad cap. 46. Genesios Beda ad Colos-  
sens. cap. 3. Diuus Augustinus. lib. quasio-  
num in Genesin. cap. 13.

d cap. satis hinc, 14. cap. cum Christus, 15.

33. q. 5.  
e id ipsum & iure ciuii, l. in multis 9. de sta-  
tu homini. & ibi gloss. notat differentias &  
gloss. cum textu cap. noua quadam, 10. de  
paenit. & remissio. libr. 5. titul. 38. vide &  
gloss. in l. foemina, deregul. iur. P. & gloss.  
1. ad c. dilecta in Christo 12. de maiorita.  
& obed. natura etiam & nomen imbecil-  
liorem sexum foeminarum aperte docet, ut  
etiam exemplo pessimum visum fuerit, ap-  
pellatione foeminea velle masculum signi-  
ficare. l. si ita scriptum, 45. de legat. 2. fo-  
mina namque forsan a foemina dicta, ex quo  
fætus earum imbecilliores reddit, unde in-  
ter animalia quorum sexus aperte non di-  
scernitur, foemina dilata, minus robusta,  
ut in piscibus obseruatim apud Plinium,  
lib. 9. cap. 50. Id ipsum & in plantis apud  
eundem, li. 22. c. 18. dum agit de Chama-  
leonte herba, vocat & idem, lib. 2. c. 101.  
luna syodus foemineum ac molle, quod pro-  
prium mulierum, ut & fætus generare, in  
l. 2. de indict. viduata. tollend. C. l. queri-  
tur. §. 1. de edilit. edit. Vir a virtute ani-  
mi, mulier a mollitiem mentis ca. quod pro-  
posuisti 18. §. sed illud 32. que. 7. latioria-  
men aliquando appellatio foemina, quam  
mulieris, cum mulier pro non virgine po-  
nitur, & pro corrupta: ut apud Vlpia. in l.  
alioquin, 11. de contrah. emt. 9. l. ex emt.  
§. si quis virginem, de actio. emt. Pand.

f cap. mulierem 7. 33. que. 5. prafertur qui-  
libet vir mulieri digniori l. 1. defensor.  
P. l. si. de fid. instrument. P. Et vir aut Lu-  
cretius, lib. 5.

— Longe præstat in arte,  
Et solerti? est multo gen? omne virili.  
g can.

- g can. infamis, §. tria, 3. q. 7. fæmina, dere- A  
 gul. iur. l. 1. §. 1. ad senatus cons. Velleia. P.  
 lib. 36. tit. 1.  
 h ca. mulier 23. distinct. ca. mulier, de con-  
 secre. dist. 4. dicto ca. mulierem 33. q. 5.  
 i cap. noua quædam, 10. de pœnit. & remis-  
 sio. cap. de monialibus, 3. de sentent. ex-  
 communica. libro 5. titul. 39.  
 k c. dilecta, 12. de maior. & obedien. lib. 1.  
 tit. 3.  
 l casasratas, & ca. mulier, 23. distinct. B  
 m ca. statuimus, causa 20. q. 2.  
 n ca. mulierem, 34. q. 5. l. cum prætor, §. mo-  
 ribus, de indic. P. l. fæmina, de regul. iur. l.  
 fin. C. de arbit. nisi aliquam mulier nobilis,  
 haberet inhaerentem suo feudo vel patri-  
 monio iurisdictionem, in qua iudicaret ex  
 consuetudine vel præ privilegio, ut in c. dilec-  
 ta, & c. dilecti filii, de arbitris.  
 o fæmine. deregul. iur. P.  
 p l. 1. & 4. & fere toto titulo, ad senatus con- C  
 sult. Velleia. C. dicto ca. mulierem 33.  
 quæst. 5.  
 q ca. de crimine, 15. q. 3. l. de crimine 12.  
 qui accusare non poss. C. lib. 9. tit. 3.  
 r alienam, C. de procurator. nisi in casu le-  
 gis fæminas, eod. titu. P. aliquid tamen  
 iure pontificio admittitur procuratrix, ut  
 in cap. dilecta, de confirma. vti. vel in utili.  
 s can. Infamis, §. tria, 3. q. 7. l. 1. §. sexum, de  
 postula. lib. 3. P. tit. 3. & ibi origo prohibi- D  
 tionis referiur ad Caiam Afraniam im-  
 pudicam mulierem, de qua & tractat Va-  
 lerius Max. lib. 8. cap. 3.

DE DIVISIONE SEV  
DISTINCTIONE PERSO-  
narum, ratione ætatis. a

Tit. III.

- a Huc referri possunt quæ ætatem considerant ut  
 existat titulus, de etate & qualitate ordine pre- E  
 ficiendorum lib. 1. decretalium tit. 14. & lib. 1.  
 Sexti. tit. 10. & in Clement. lib. 1. tit. 6. titulus de  
 desponsatione impuberum lib. 4. decretalium tit.  
 2. & libro quarto, Sexti. titul. 2. de Minoribus  
 25. annis lib. 4. pandect. tit. 4. Si minor semiaio-

rem dixerit, vel probatus fuerit lib. 2. C. tit. 43.  
 debis qui veniam etatis imperauerunt. lib. 2.  
 C. tit. 45. qui etate se excusant lib. 5. C. tit. 68.  
 qui etate vel professione se excusant lib. 10. C. tit.  
 49 de etate inuenientum officialib. 1. iuris. orien-  
 talis bona fidei, in constitutione prima Alexii  
 Comneni.

C A P V T I.

Ætatum distinctio.

V T intelligent, facilius iuxta proposi-  
 tum scopum harum institutionū pa-  
 rū in iure pontificio exercitati, quomodo  
 ætates personarum distinguuntur: volui  
 pauca ex aliis cum nostro iure conferre,  
 quæ non sunt omnino aliena sed velut in e-  
 cellaria. Natura, ex temporum & anno-  
 rum lapsu, quandam inter personas distinc-  
 tionem constituit obseruandam, vbi &  
 status ætatis hominis constituitur, a & di-  
 uersa eius consideratio. Quare & ætates  
 varie a philosophis, medicis, legislatori-  
 busque distinctæ, habita ratione negotiorum,  
 quæ ætatum varios terminos consti-  
 tuui suaserunt. b Iurisconsulti considerant  
 in genere tres metas ætatis: pueritiam, ju-  
 ventutem, & senectutem. c Pueritiæ plena-  
 nam in fauorabilibus, prorogant ad 18.  
 usque annum, d ubi & plena pubertas po-  
 nitur. e Intra fines huius plenæ pueritiæ  
 tres distinguuntur aliae minores ætates: &  
 ponitur infantia & infans, usque ad se-  
 ptennium a nativitate. f Postea sequitur a  
 septennio pueritia & puer, impubes & pu-  
 pillus iurisconsultis, h usque ad 12. annum  
 in fæminis, & ad 14. in masculis, quo tem-  
 pore dicuntur puberes, i & adulti. k Pu-  
 beres tamen iure pontificio, quod perti-  
 net ad nuptias inuenientas, non annorum  
 numero sed ex potentia generandi citius  
 aut tardius iudicantur. l At puberes respe-  
 ctu maioris ætatis, minores 25. annis, vel  
 absolute minores, dicuntur. m Item adul-  
 ti & eorum ætas adulta. n Postquam vero  
 25. attigerint annum, dicuntur maiores.  
 o Et legitimæ ætatis quæ in 25. anno con-  
 stituitur. p Post 25. annum accedit iure